

August Varenius    Martin Babatius

**[...] s. Muraenula I. XII. Gemmis S. Apophtegmatis Pretiosissimis Salomonis, Ex.  
C. 1. 2. 3. libri, cui titulus Koheleth s. Sapientiae Personantis Congregantis  
Decorata**

Rostochi[i]: Richelius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740017357>

Druck    Freier  Zugang



RU Meol 1659


August Varennius, Praes.

Vit. Martin Dabatius, Resp.

RU Meol. 1659.

August Varennius, Praes.

Martinus Dabatius, Resp.



חור יב חרוזים הא

£

MURÆNULA I.

XII. GEMMIS

£

APOPHTEGMATIS

PRETIOSISSIMIS SA-

LOMONIS,

Ex C. 1. 2. 3. libri, cui titulus

KOHELETH

£

SAPIENTIÆ PERSONANTIS

CONGREGANTIS

Decorata,

Quam

כשם האלחום המכש את נרדף

Ad d. 18. Jun. hor. ab g. antemerid.

In Auditorio Majori

PRÆSIDE

AUGUSTO VARENIO,

SS. Theol. D. Hebraicorum & Catecheseos Christi-  
anæ Professore Ordinario,

Publicè Responsurus defendet

MARTINUS BABATIUS,

Regiomont. Boruffus.

☉:(o):(☾

ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senatūs Typogr. 1659.

R. U. Theol.

1659





אל עין הקורא



Consilium nobis ex sapientissimo  
*vanissima Vanitatis* Contemplatore, cui  
*Kobeletb* s. *personanti voce congregantis* ti-  
 tulus, חרווים seu *gemmas sacras* repræ-  
 sentare, & de illis ex pectorali Pontifica-  
 li nominatis *turtures auri* facere, cum *pun-  
 ctis argenteis*, prout noster alibi Orator  
 loquitur. Constat illa gemmata tænia  
 non nisi Consilio Fontium, & inprimis  
 quæ in his fulgent *Punctis* (accentuum vocalium, cæterarumq; stel-  
 lularum) *argenteis*. Aberit, quicquid longius abit, vel hermineviti-  
 cæ murænulæ simplicem spheram excedit, unde nec de *Autore* qui  
 sese legitimat satis c. 1. 1. 12. nec de *Scriptionis tempore* trademus  
 quicquam: in quo Consilio castam *Turturum* sollicitudinem & pu-  
 dicam simplicitatem sine irâ & studio commendamus æquè ac  
 in Lecturis optamus.

I. אָרָם RUBINUS. Kohel. c. I.

Tmem. 5. וְזָרַח הַשֶּׁמֶשׁ וּבֵנֵת הַשֶּׁמֶשׁ וְאֵל-מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף  
 זָרַח הוּא שֵׁם. Redditur ab Interpretibus passim: *Oritur Sol &  
 occidit Sol, & ad locum suum transit, ubi oritur, quomodo & Batavi:  
 Doch ryst de Sonne op / ende de Sonne gaet onder: ende sy  
 hyght na hare Plaetse / daer sy obrees.* Obstat ex Consilio  
 Fontium evidentiā *positus Sakephkaton*, antecedente *Passa honora-  
 rio* in voce m. 2. primâ: & *Tvir* in voce 2. sed & *Tiphcha* in voce 4. Il-  
 lud שׁוֹאֵף abstractum non referendum *antecedentè*: sed *consequen-  
 tè*, ad זָרַח הוּא, & illud שֵׁם magis ad שׁוֹאֵף, quàm ad זָרַח. Red-  
 dendum: *Et ad locum suum, illuc (totâ nocte) idem ille (Sol) adspirat*  
 (motu rapidissimo contendit, ibidem sc.) *oriturus*. Requirebatur  
 juxta illam positus membri 2. talis:

וְאֵל מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף זָרַח הוּא שֵׁם:

A 2

II. TOPA.

## II. פְּטָרָה TOPASIIUS.

Mem. 6. Hæc habentur צפון הוֹלֵךְ אֶל דְּרוֹם וְסוֹכֵב אֶרֶץ  
 Hactenus m. 1. Sequitur in 2. סוֹכֵב הוֹלֵךְ הָרוּחַ וְעַל סְבִיבוֹתָיו  
 : שב הָרוּחַ. Quæritur 1. *quod Subjectum* in m. 1.? Resp. non *Ven-*  
*tus*: sed *Sol*. Objicitur. E. Atnach distingvit versum. Resp. sub-  
 oīdinandum m. 2. & reddendum: *Sole incedente ad meridiem, & cir-*  
*cumeunte ad aquilonem* (Hactenus m. 1.) *Circumiens circumiens* (per-  
 petuâ Circumitione sese movens) *incedit* (propere) *Ventus & se-*  
*candum circuitus Solis iterum convertitur ventus*. Quæritur 2. quid  
 hic per רוּחַ? Resp. Non negamus materialiter involvi *aerem*: for-  
 maliter tamen *Ventus* intelligitur: qui nihil aliud est, quàm *aer pro-*  
*trusus*, unde, quæ *protrusionem aeris* efficere possunt, etiam causæ  
*ventorum* esse possunt. Talis in primis *Sol*, à quo *aer impulsus pro-*  
*trudit alium vicinum aerem*; & *motum Solis ab oriente in occidentem*  
*circumrotati, sequitur motus aeris protrusi circulariter versus omnes pla-*  
*gas*: etsi maximè sensibilis illa protrusio & *ventus* adeò versus occi-  
 dentem. Ita summus noster Philosophus nos docet. Notetur  
 relatio membri 2. ad 1. Confer. Interpret.

## III. בְּרֵקָה CERAUNIUS.

Mem. 7. Thesis sapientissimi est de *fontibus, s. origine fontium,*  
*underivi, lacus, & ex his fluvij*. Membrum 1. proponit Paradoxum  
 Physicum: *Omnes illi (tot ac tanti) fluvij* (plures quam mille *fluvij,*  
 quorum majores tantum aquæ in mare emittunt, quod totam tel-  
 lurem superet) *properant* (indefinenter) *ad mare, & tamen mare ne-*  
*quaquam adimpletur*. Quæritur quæ ratio, quod non augeatur *ad*  
*inundationem* usque mare, & non desinant perennare fontes? Resp.  
 Sapientissimus in m. 2. *Ad illum ipsum locum, unde fluvij* (ad mare)  
*properant ad illum ipsum* (inquam) *retrofluunt*. Ex ipso adeò  
*mari* aqua per subterraneos ductus, & in fundo scaturigines apo-  
 cryphas usque ad *fluviorum primos fontes* emittitur. Ita aperte no-  
 ster in purpurâ Philosophus, at quis sc. *Rex Israelis Hierosolymitanus,*  
 ad *exploranda naturæ arcana, facultate, opibus, potentiâ magis om-*  
*nibus instructus, & qui applicuit animum suum לְדַרְשׁ וּדְתוּרָה* s. *ad*  
*disquirendum, & explorandum Sapienciam de omni eo, quod fit sub cælis:*  
 Vid.

Vid. c. 1. 12. 13. 16. ut per hunc tacere jubeantur, qui vaporibus & mari elevatis illos influxus, vel aeri in terra visceribus contento generationem fontium acceptam reddunt. Spiritus S. ubi philosophatur, nunquam ita popularitè loquitur, ut inaccuratè. Notetur autem *emphatica accentuatio* in membro 2. quæ salvâ consecutione generali, attentionem poscit illius decisionis tanti paradoxæ.

#### IV. נֶפֶד CARBUNCULUS.

Tm. 10. ויש דבר שיאמר ראה זה חרש הוא. Si absolute fumus, sensus planè contrarius & toti thesi Salomonis, & argumento in m. 2. Enunciandum ergò per modum interrogantis, & in resolutione negantis, prout egregie noster Lutherus: *Geschicht auch etwas davon man sagen möchte: Siehe, das ist new?* Ita & thesis convenit in v. 9. sc. אין כל חרש חחת השמש i. e. *Planè nihil est novi sub Sole*, & ratio in v. 10. m. 2. *Dann es ist schon vorher in alten Zeiten geschehen/was tuz vor uns geschehen ist.* Exemplum in signe ad Oratorem interrogantis, non quidem requiri semper *explicitum signum interrogationis*, requiri tamen aliorum principiorum Consilii fontium non repugnantiam, ne quid hinc temerè fiat.

#### V. סַפִּיר SAPPHIRUS. CAP. II.

Tmem. 3. Lud. de Dieu: *Exploravi in corde meo, ut traherem per Vinum Carnem meam (cum Cor meum duceret per Sapienciam) & apprehenderem stultitiam, usque dum viderem, ubi sit bonum filiorum hominis, quod faciant sub cælo, numero dierum vitæ suæ? Senlus juxta illum: Volui experiri, an in voluptatibus sita vera beatitudo, non quod serid amarem: sed ut sapientior inde evaderem: sed dum me illis dedi, expertus sum meram esse vanitatem & stultitiam.* 1. Tollatur parenthesis, & prior quam illa Junii, improbata Ludovico (ad c. 3. n.) 2. Reddendum: *Et Cor meum ducebat (me) in Sapienciam etiam ad apprehendendum stultitiam: (sc. non practicè faciendo, sed Theoricè inter Sapienciam & stultitiam accuratè discernendo & hanc fugiendo) usq. dum viderem, ubi esset illud bonum filiorum hominis, quod facturi essent sub cælo (quod attinet) numerum dierum vitæ ipsorum.* Conf. c. 1. 17. c. 2. 12. Notetur: *Gerefeh* in ורבי ad *Pasta* in חכמה, & hoc ad territorialem בסכולות; porro *Ruia* in ארמה, *Pasta magnus* in הארם & par-



vis in יעשי, Sakephkaton in השמים & positus sequens magis antecedentè referendus, & liquida erunt omnia. Germ. Da dacht ich in meinem Herzen / meinen Leib im Wein zu pflegen / (waciren) und mein Herz führet mich an in der Weisheit / auch (bey mir) zu ergreifen (zu erwe-gen) was Thorheit ist / biß ich ansehend die Zahl der menschlichen Lebens Tage (lernete) wo da sey / das / was den Menschen · Kindern unter dem Himmel zu thun gut ist.

## VI. יהלם ADAMAS.

Tm. 8 Mentio fit שרה ושרות, Nexus talis. Cor (vel animus) sapientissimi duxit hunc in sapientiâ ad explorandum, an felicitas vel excellentia vera in magnificentiâ operum publicorum, palatiorum, vinearum v. 4. Paradisorum v. 5. Ingeniosè florido nemori irrigando effectorum lacuum v. 6. Numero Officialium, Servorum, Ancillarum, Armentorum, gregum v. 7. Argenti, auri, peculij Regum & Provinciarum, Musicorum, deliciarumq; variarum v. 8. posita esset, quæ proinde magnificentiâ & copiosius obtinuerit præ omnibus Antecessoribus Hierosolymitanis, perseverante etiam adhuc Sapientiâ v. 9. adeò ut nihil lætitiæ Oculorum animiq; elegantibus desideriis subtractum, quod sc. esset ex omni illo labore, sapientissimi portio vel lucrum v. 10. Cæterum accuratius illa omnia meditantis visa quoq; fuisse, meram Vanitatem & afflictionem Spiritus רוח ורעות הכל, ut adeò maneat Thesis Sapientis: השמש אין יתרון תחת השמש sc. Non est vera excellentia sub Sole. De illis delitiis ita v. 8 loquitur Rex Israelis, idemq; Koheleth (conf. c. i. 12.) Comparavi mihi Musicos & Musicas (Cantatrices) & delicias Filiorum hominis: sequitur nunc: שרה ושרות i. e. Viâ & Viis s. modo & modis i. e. variis modis. Referendum hoc non tam ad vocem תענגורו (obstat sc. relatio & subordinatio Rvia ad Tiphcha) quàm ad remotiorem vocem עשיתי. Comparavi mihi viâ & viis s. variis modis Cantores & Cantatrices delicias Filiorum hominis. Referendum illud ad totum antecedens jam inde à m. 2. De variis interpretationibus harum vocum consul. Interp. & in primis Jun. ac Lud. de Dieu in h. l.

## VII. לָשִׁים LYNCURIUS.

§. 1. Tmem. 12. Consequens illius judicii, fuit respectus comparativus Sapientia & insaniarum ac stultitia. בנרתי אני i. e. Con-  
verti

verti me ad videndum sc. sapientiam & insanias ac stoliditatem. (Luth. noster in voce secundâ prudentiam intellexit, quod nec probam⁹, nec in præsens examinamus Conf. ipse ad c. 1.17. ad c.2.2. Sequitur

כִּי מֵהָהָרְם שִׁבּוֹא אַחֲרֵי הַמֶּלֶךְ אֵת אֲשֶׁר כָּבַר עֲשׂוֹהוּ: Parentheticum hoc membrum rectè statuunt Interpretes: sed in interpretando non ad eò conveniunt. L. de Dieu: *Nam quid est homo, qui venturus est post Regem, quem jam fecerunt sc. Deus & homines?* ita ut hîc causa reddatur, cur non alius se secuturis reliquerit huj⁹ gravissimæ controversiæ examen & decisionem, sed dixerit: *Ego converti me ut vide-rem?* quia sc. non est expectandum, ut alius unquam succedat Rex, aut nascatur homo ad hæc indaganda me futurus aptior. Sufficiat hic Rex, qui jam factus est, ad quem nihil qui secuturi sunt. Requiritur in אֵת הָהָרְם Sakephkaton. Nunc cum sit Rvia, illud עֲשׂוֹהוּ כָּבַר אֲשֶׁר אֵת referendum non ad Regem Salomonem: sed ad Salomonis Successorem, vel illud remotius מֵהָהָרְם.

§. 2. Habuit Lutherus noster illud מֵהָהָרְם, ac si esset מֵהָהָרְם i. e. *Quis novit, quid sit futurus ille homo, an sc. Sapia, an Insania, vel Stultitia?* (vid. v. præced.) planè prout in v. 19. ubi explicitè ita habetur. Reddidit ergò: *Dann wer weiß/ was der für ein Mensch werden wird nach dem Könige / den sie schon bereite gemacht haben.* Junius autem: *Quid enim facturus esset homo qui sequeretur eum Regem?* Id quod jam factum est: ut sit interrogatio in territorio 1. responsio in 2. & sensus: *Ego judicium facere possum de rebus omnibus, vanitatemq; earum evincere à meâ unius experientia.* Res omnes novi & noscere potui, quia tantus sum Rex ut omnes alios scientiâ & facultate longè superem. An ullus meorum Successorum me in illâ æqvabit, nedum anteibit? Nequaquam. Quod si enim ultra in rebus explorandis & cognoscendis laboraret, quid facturus esset? Nihil. Sc. actum ageret. Neque accentuationi contrariatur Versio Belgica, hoc sensu: *Wie wird der Mensch / der nach mir kommen wird/ thun können/was zuvor geschehen?* ac si esset מֵהָהָרְם אֲשֶׁר כָּבַר עֲשׂוֹהוּ, wie wird er mir es können nachthun?

§. 3. Post hanc parenthesis sequitur jam *judicium sapientissimi*

*visi* Contemplatoris: scil. Dari omnino excellentiam Sapientia præ stoliditate, & quidem, quanta est Lucis præ tenebris v. 13. quæ comparatio explicatur v. 14. sc. חכמ i. e. quod attinet ad Sapientem illum, Oculi ejus sunt in capite ejus (ille sc. habet illuminatos oculos cordis, & adeo videns est) & quod attinet ad stolidum, in tenebris ambulat (cæcus est, ἐσκόλισμένος ἢ Ἀνοία) Sed hæc occasione sequitur Enthymema novum de אחר אחרו. i. de communi eventu: Agnovi quoque, accidens idem accidere omnibus illis.

§. 4. Inde ergo illud Enthymema intimatum v. 15. Dixi ego in corde meo: secundum eventum stolidi, etiam mihi, mihi, inquam, ipsi eventurum est: ad quid ergo sapiens fui ego? (an) tunc (erit) excellentia? (an ab illâ communi sorte me excipiet sapientia? sc. nequaquam) Dixi ergo in Corde meo hoc quoque esse Vanitatem. Sequitur nunc v. 16. ubi notetur thesis in m. 1. sc. Non erit memoria Sapientis æquè ac Stulti in Seculum (non perennabit, non æterna erit: non saltem moritur sapiens: sed & ipsa sapientiæ fama, vel illius memoria longo tractu temporis, seu per innumerabilem annorum seriem tandem obliteratur) Ratio prima est in memb. 2. territorio 1. quandoquidem subsequenter diebus, omnis ille (tam sapiens, quam stolidus) jam erit oblivioni traditus (הכל נשכח). Ratio 2. in territorio 2. Et quomodo morietur sapiens? cum Stulto. Mors communis est Sapienti & Stulto. Moritur uterque.

§ 5. Notamus 1. tm. 14. & 15. in אני יקרני nullus est Pleonasmus. אני non admittit signū Casus vel articulū: sed determinatur per sequens affixū homogenū: Not. 2. in tm. 15 positus או יותר, quem Junius inserit antecedentib⁹, ac si esset accentuatio או יותר אני? Nequaquam. Juxta accentuationem ita reddendum prout supra. Sensus est: Si moriendum æquè mihi ac stolido, quare adeo sapientiā excellui, cum non detur Sapientis prelatum? An enim או יותר אני? Nequaquam. Particulam autem interrogandi implicari sapius, ubi id accentuatione totoq; positu signatur, certum est. Not. 3. quoad formam זכרוו parallelismus ex c. 1. 11. & constabit absolutum dari זכרוו: sed & notetur: non negari memoriam Justis: sed Sapientis, & memoriam

לעולם

לשורם in eternū (recognitionē illius sapientia secularis stabilem. Not. 4. in v. 16. Junius in כשככר erravit. Requiritur juxta illum in illā voce Rvia, certē superior Rege Pasta minore. Notetur 5. in eod. v. m. 2. erratum quoque à Ludovico, tum in resolutione textus materiali, tum in formali. Resolvit ita, ac si esset ratio illa prima, ad ipsam thesin velut hujus pars referenda, quā ratione Atnach ponendus fuisset in voce כשככר & ibi membrum 1. finiendum ubi terminatur membri 2. primum territorium. Sc. juxta illum thesis talis: Nec Sapientis, nec Stulti memoria perpetua est: sed pariter omnes oblivioni tradentur. Inde ergo vitium quoque formale primum. Neque per superiorem nostram analysin periculum, ne noster fiat Orator Tautologus, probans idem per idem. Satis ab illā criminatione liberatur per accuratam thesios & rationis primæ collationem.

§. 6. Alterum in formā peccatū est, quod rationē 2. m. 2. ita reddidit: Et quomodo? (quomodo id sit, quod neutrius memoria sit perpetua: sed oblivioni tradenda? responderi nunc, id fieri per mortem communē: nam) Moritur Sapiens cum Stulto. Fortē ad Tvir respectus Ludovico fuit in ויא: Coeterum ex malē intellectā accentuatione plus periculi, quā ex ignoratā. Nullus Tvir suam vocem à sequenti Tiphchatā separat: sed ille suam vocem huic semper subordinat, ut adeo si hīc danda interrogationis forma, illa ipsa non in ויא sit terminanda: sed in החכם, & totum illud ויא ימות החכם habendum pro Interrogatione: illud autem עמ הכסיר pro responsione,

§. 7. Ita satisfat accentuationi. Extra interrogationem autem talis positus emphaticē affirmat: sed ita, uti id, quod affirmat, sit quasi paradoxum. Sc. Sapiens aequē moritur ac Stultus: quod cum qf. paradoxon, proinde præponitur illud: ויא Quomodo Sapiens moritur cum Stulto. Conf. illud Echa in Threnis Jerem. c. 1. 1. 2. 3. 4. Civitas sc. Hierosolymitana desuet solitaria: quod quia grande πνευδοξον, illam sc. Civitatem amplissimam populo, celeberrimam inter gentes, Principem inter provincias esse viduam factam, hinc, uti id exprimat cum affectu, præponitur illud: Quomodo? Hoc sensu conciliandus Junius, qui reddiderat: Atqui moritur Sapiens ipsum stolido. Sed ἐμφορῶτες ἐστὶν est id quod habetur in fontibus.

B

VIII. ACHA-

## VIII. אכזב ACHATES.

Im. 20. Egregiè Lutherus noster ab hoc tmemate Salomonis enthymemata explicat. Darumb wandt ich mich / daß mein Herr abließ von aller Arbeit unter der Sonnen Confessio sc. Salomonis conclusiva fuerat v. 17. Nullam se in omnibus hujus vitæ operibus, etsi magnificis, quietem ac tranquillitatem invenisse, & inde ad se hanc vitam, & omnem laborem suum, quem laboraverit sub Sole: Omnia illa magnam vanitatem & afflictionem Spiritus fuisse. Inde ergo nunc avertit se ad viam meliorem, & ipsum animum tædio vel fastidio præteritorum facinorum laborantem ad institutum magis salubre mortalibus revocat v. 20. Quod autem antea v. 18. 19. in hypothesi propriâ dixerat, idem nunc in thesi v. 21. 22. 23. iterat. Summarium est: Et hoc arguere hujus seculi Vanitatem, & esse afflictionem magnam, quod, qui in Sapientiâ, Scientiâ & æquitate laborem confecit, non in usufructu illorum partorum perseverare possit: sed teneatur illa cedere avidis hæreditibus, qui in illis non laborarunt, ut horum fiat קהל l. portio & patrimonium v. 21. Exaggerat hoc v. 22. 23. quos benè Lutherus noster: Dann was triegte der Mensch von aller seiner Arbeit und Mühe seines Herrgens / die er hat unter der Sonnen? Er hat ja alle seine Leberage Schmerzen mit Grâmen und Leid (mæror, vel indignatio est occupatio ejus) daß auch so gar des Nachtes sein Herrg nicht ruhet. (Hactenus m. 1. Sequitur nunc 2. & in illo plenum judicium) Das ist auch Etel. גם זה הכל הוא i. e. Etiam hoc ipsum VANITAS est.

§. 2. Suggestit nunc δ σφῶτα. Consilium: cæterum, cujus applicatio nec est in nec à manu hominis: sed à manu DEI. Consilium ipsum est: Sanctus, latus & hilaris bonorum hujus seculi vel laborum suorum usufructus, s. ut homo comedat, bibat, efficiatq; ut experiatur anima bonum in labore suo. Verùm בָּאֵרֶם שׁוֹכֵן אֵין נֶעְוָאֻקָּאם est bonum penes hominem: sed מִיַּד הָאֱלֹהִים הוּא ex manu DEI (torum) illud: utrumque exemplo exemplorum confirmat Sapiens, experientia sc. propria גם זה רָחֵמִי אֲנִי i. e. Etiam hoc expertus sum ego ipse. v. 24. quod ipsum quoad Consilium ipsum legitimat v. 25 quem iterum egregiè Lutherus: Dann wer hat frölicher gegessen und sich ergezt dann ich? Ipsum autem principium applicandi talis

talis Consilii coeleste, s. quod totum illud *ex manu DEI* profluat, in v. 26. cujus sententia talis: *Latus & hilaris bonorum Usus non repugnat Sapientiae & Scientiae: sed est donum DEI. DEUS homini, qui bonus est in conspectu ipsius, dat Sapientiam & Scientiam CUM LÆTITIA* (ut sc. ipse prudenter comparare & hilari pectore frui bonis comparatis possit) *Peccatori autem* (non dat illam Sapientiam & Scientiam: sed) *Occupationem molestam ad congregandum & congerendum* (ut sc. currat, defudet in congregandis vel acqvirendis opibus: neque dat illi libertatem proprii ususfructus, nedum illius lætitiæ ususfructus: sed immitteit illi occupationem ad coacervandum opes) *ad tradendum* (ut cedant illæ coacervatæ opes) *illi, qui bonus est in conspectu Elohim. Etiam hoc ipsum* (operosè includere acqvirendis bonis, quorum ususfructus unà cum proprietate transeat ad alium Collaboratorem) *VANITAS est & afflictio Spiritus.* In v. 24. Lutherus noster *formam interrogationis expressit* (quod absente etiam particulâ fieri posse, jam supra est monitum, nisi obstat *positus formalis & accentuatio*) ac si esset *האין טוב בארם* *אם nun nicht besser dem Menschen.* Notetur autem in v. 26. m. 2. in territorio *Sakephkatonato Pasta proximus distinctivus minor, Pasta remotus distinctivus secundus major, Rvia distinctivus major primus, juxta quorum proportionem hic procedendum Interpreti.*

### IX. אמתישטוס. CAP. III.

§. 1. Tm. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Quoad verbum 10. conferatur ex c. 1. v. 13. m. 2. *הוא ענין רע נתן אלהים לבני האדם לענוות בו: דאיתו את הענין אשר נתן אלהים לבני האדם לענוות בו:* Notetur 1. *Parallelismus formalis*, ipsiusq; adeo *accentuationis.* 2. Illud *לענוות בו* non nisi bis in *Kobeleeb.* 3. Eiusdem *significatio* non tam *affligendi* quàm *respondendi* vel *testificandi.* 4. Eiusdem *reflexio* an ad vocem *נתן אלהים*, an ad *הענין בו*.

§. 2. Ipsum *responsum* s. *testimonium* contra *ענין* s. *Occupationem illam* pro gloriâ DEI Creatoris publicat sapientissimus tm. 11. sc. (DEUS) *Omne illud (unumquodque) fecit ut esset pulchrum suo tempore.* Hactenus m. 1. v. 11. in quo notetur illud *כעתו* s. *in tempore*

pore suo, reflectendum & copulandum cum יפה, non cum עשה. Neque adeò dicitur: *DEUS fecit in tempore suo, omne quod est pulchrum*: sed *DEUS fecit unumquodque pulchrum suo tempore*, ut sc. suo tempore, vel pro temporis sui ratione sit pulchrum. Requiritur aliàs accentuatio: אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ. Nunc cum sit אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ ita reddendum, prout jam reddimus, & sic illustratur Lex sapientissimæ Oeconomix cœlestis pulcherrimè omnia administrantis pro temporum ratione.

§. 3. In m. 2. tm. II. territorium t. ita habet אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ i. e. *Quin etiam seculum illud dedit in corde eorum sc. filiorum hominis*. Ita hîc litera facilis, modò constet, quid h. l. per seculum? Unde variatum ab Interpp. Luth. *Er läßt ihr Hers sich ängstigen/wie es gehen soll in der Welt*. Junius & Trem. *Etiã quamdiu seculum est, exponere animo illorum sc. opus, quod facit ipse DEUS à principio a finem usque*, ita ut illud ex territorio 2. adusque Rvia sit parenteticum sc. אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ i. e. *excepto eo, quod non assequitur homo*. Erratum 1. עָשָׂה & אַתְּ non exprimenda per *Facere, exponere*: sed per *Fecit, exposuit*, vel rectius *indidit*. 2. אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ *Casus est accusandi sc. DEUS dedit: quid? אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ* seculum illud. Absurdum æquè illud J. & T. ac si in v. 1. Gen. reddere velis: *in principio creavit DEUS quamdiu cœlum est, & quamdiu terra est*. 3. Unde violenta est illa adductio accusativi ex terr. 2. post vocem Rviatam, ac si sc. hîc sit imperfecta enunciatio carens Objecto illius actus, & accusativo proprio, cum hîc sit clarissimus. 4. Parentesis illa æquè dura & absurda.

§. 4. Tigurini: *DEUS quoque mundum ipsum indidit eorum cordi*. Ita jam olim Vulgatus, quoad vocem אַתְּ הַכֹּל עָשָׂה יִפְהָ בְעֵתוֹ: *DEUS mundum tradidit disputationi illorum*: sed & Verf. in op. Vat. *DEUS mundum imposuit cordi eorum*. Alii: *Indidit DEUS aternitatem cordi eorum, quod de opinione quadam falsâ aternitatis in hoc seculo, inditâ à DEO ut iudice, per modum pœnæ*, Mercerus: *de inani immortalitatis studio*, Kimchius: *de animâ immortalis & verè aternâ, ac nonnisi rebus aternis satiandâ*, Verf. Belg Lud. de Dieu intelligunt: Cœterum nec inditio hîc notatur sive *criminalis* sive *pœnalis*, quod est contra Tig. Merc.

cer.

cer Kimch. nec  $\text{עולם}$  pertinet ad statum futuri seculi, & beata immortalitatis: sed presentis, in quo  $\text{ὁ θεὸς δὲν κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοέμενα κἀποδείκνυται}$ . DEUS sc. indidit ingenio humano s. cordi studium & desiderium discendi & intelligendi: indidit  $\nu\epsilon\nu$  s. mentem, quæ ratiocinatur & magis magisque; ex notioribus colligit ignotiora, & ita ostendit impressum sibi à DEO seculum. Convenit illud Apostoli:  $\text{ὅτι ὁ θεὸς φανερὸν ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ὃ ὁ θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσῃ}$  Rom. c. 1. 19. qui idem c. 2. 15. memorat  $\text{ὅτι ἐργον τῶ νόμου γεγραμὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν}$ .

§. 4. An autem assequitur planè homo illa  $\text{ποιησῶντα}$  divina, quæ vel ipsis sensibus objiciuntur, & in quibus DEUS quodammodo palpabilis? Resp. sapientissimus in m. 2. terr. 2. DEUS quidem  $\nu\epsilon\nu$  s. desiderium tale sciendi, ipsumque;  $\text{ὡς ἐν}$  indidit: cæterum homo non assequitur opus, quod fecit DEUS à principio usque ad finem. Notetur hîc 1. illud  $\text{מכרי}$  Gerefschatum reddendum per præterquam. 2. Idem adeò non rapidè nec tendendum cum  $\text{לֹא יָשַׁר}$ . 3. Nec  $\text{לֹא בְלִי}$  velut duplex negatio affirmat: nec, magis negat. Neque ita resolvendum: DEUS indidit cordi eorum seculum, ne non inveniret i. e. ut inveniret homo opus: nec ita, ut illa non inventio fluat ex indito cordi hominum seculo, ac si sc. DEUS propterea cordi eorum seculum indidisset, ne ullo modo intelligerent, vel invenirent: vel contra impressio seculi velut pœna neglecti operum divinorum scrutiniij, eo modo quo DEUS dicitur Gentiles tradidisse eis  $\text{ἀδόκιμον νῦν}$ , eo quod non fuerint  $\text{ἐπισημάτων}$  divinorum admiratores, & veri DEI inquisitores ex quibus primum volunt Tigurini, 2. Mercerus, 3. Kimchi. Omnino  $\text{עולם}$  illud s. seculum à DEO cordibus inditum fuit propter assecutionem operum DEI, & per hæc cognitionem & glorificationem Creatoris: sed, si de ipso facto & in capacitate gradus excellentissimi illius  $\text{θεογνωσίας}$  quæratur, respondet sapientissimus: Homo non assequitur nec potest assequi à principio ad finem opus quod fecit DEUS. Notetur iterum relatio illius  $\text{עַד סוּף}$   $\text{מֵרַחֵק}$  ad remotius. Jubet accentuatio.

§. 5. An autem propter illam imperfectionem intelligentia  
B 3 despe-



desperandum, vel cor macerandum? Respondet Sapientissimus in  
 v. 12. Agnovi, quod non sit bonum in istis (in illo scrutinio operum maje-  
 statis) infiltrari & facere bonum in vita sua v. 12. Hoc quippe est do-  
 num DEI. מתרו אלהים v. 13. Cujus opera omnia sunt in secu-  
 lum, quibus nihil addendum aequè, ac de illis minuendum, & cujus majesta-  
 tis opera imprimunt religiosum timorè v. 14. quippe qui, cum aliàs nihil  
 sit presens vel futurum, quod non sit prateritum s. jam olim factum,  
 solus est מתקן את הנדרף s. repetens omne consequens, s. talis cui  
 omnia illa praterita & futura, quorum detur sequela, vel consequentia  
 sunt ex aetè cognita, aded ut repetat omnia illa quae jam esse desierunt s.  
 praterierunt. v. 15. Conf. etiam c. 4. 1.

### X. תרשיש TALASSIUS.

§. 1. Tmem. 16. Verba fontium sunt: ועוד ראיתי חחר i. e. *Amplius vidi sub Sole*, vel prout pulchrè Lutherus: *Bet-  
 ter sahe ich unter der Sonnen.* Hastenus membrum 1. in quo novum  
 intimatur *Vanitatis hujus seculi exemplum*: atque hoc legendum,  
 non, uti accusativus verbo videndi subordinatur ex membr. 2.  
 hoc sensu: *Vidi sub Sole locum judicij*: sed absolute: *Vidi sub Sole*  
 (Hic Atnach: quid autem viderit nunc proponit in m. 2. sc.) *In loco*  
*judicij, illic erat improbitas, & in loco justitia ibi erat ipse improbus.* Non  
 quidem implicat, accusativum, vel objectum actus ab ipso actu  
 distingvi membro: ceterum obstat hoc loco illud שמח הרשע  
 & שמח הרשע, quod si abstrahatur, non magis hic obstat relatio  
 superior, quam in v. 1. Genes. Ita, quid sub Sole viderit explicuit:  
 nunc illi *Enthymema Theologicum supernatis tribunalis & judicii*  
 coelestis opponit v. 17. Signum enthymematis est: *Dixi ego in*  
*corde meo.* Ipsa thesis vel antithesis potius superioris est: *Illum*  
*ipsum Justum, & illum ipsum improbum* (in cathedrâ judicii & justitiæ  
 sedentem) *judicabit DEUS.* Sc. *כי יקרא ה' יצחק ה' Conf. Rom. 2. 5.*  
*16. Act. 17. 31.* Ratio thesios s. judicii illius catholici i. כר ער  
 כר ער i. e. *quia est tempus omni beneplacito* (statutus est dies quo  
 omnia etiam *אין אדם ידע את ימי ה' & ipsa Consilia ac benepla-*  
*cita cordium judicabuntur.* Conf. sup. & 1. Cor. 4. 4) 2. וער  
 כר

כל המעשה שם i. e. *Saper omni opere hominis est ubi etas s. locus*  
i. e. Omnia & singula hominum opera in illo ipso iudicio divino  
publicabuntur, vel etiam examinabuntur, conf. c. ult. v. ult. & vi-  
de jam quantum hic abeant interpretes.

XI. שֶׁהָהָרְמֵי SARDONYX.

§. 1. Tmem. 18. אִמְרֵי אֱלֹהִים עַל-רִבְרַת כְּנֵי הָאָרֶץ

לְבָרֵם הָאֱלֹהִים וְלִרְאוֹת שָׁהֶם-בְּהִמָּה הַמָּה לָהֶם

Junius membri primi *primum & secundum territorium* copulat, ita  
reddens: *Dixeram ego cum animo meo secundum rationem humanam:*  
sed & Ludov. de Dieu: *Dixi ego in corde meo de negotio filiorum homi-*  
*nis:* ita magno numero alii, ut in *Sakephkaton* secundo absolvetur  
demum *dicti signum*, & territorium secundum ad i. habeat se sive  
*objectivè* per modum *argumenti*: *Dixi de negotio filiorum hominis:* sive  
*hypotheticè*, per modum *regule*: *Dixi juxta regulam sc. rationis humana*  
*corruptæ*, vel juxta ideam *beluina hominum vira*, vel alio modo  
אִמְרֵי אֱלֹהִים נאח gemeiner Menschen weise: uti sc. representetur hic  
à Salomone חֲשׁוֹן s. *sermocinatio hominis animalis*, vel ipse Salomo  
*locuturum* se deinceps protestetur ex iudicio *rationis*, & ex *communibus*  
*hominum & bestiarum effectibus ac moribus*, quibus c. c. homo homini lu-  
*pus*, argumentaturum ad eundem eventam, mortem & ejus *consequen-*  
*tia*. Atque ita deinceps habet noster Orator Salomo ad usque  
finem capitis, & in primis in v. 21. Hypothesis autem illa erronea.  
Totum *signum dicti* est in territorio i. ipsum autem *dictum* incipit à  
territorio secundo. Ich sprach in meinem Herzen. Hoc totum est  
*dicti signum*. Sequitur nunc *dictum*, & adeò illud רִבְרַת עַל-  
אִמְרֵי אֱלֹהִים non reflectendum antecedentè ad אִמְרֵי אֱלֹהִים; sed referen-  
dum consequentè ad illud לְבָרֵם הָאֱלֹהִים. Regula perpetua: *Omnis*  
*Sakephkaton secundus suum territorium refert consequentè ad tertium,*  
s. ad ipsum membri sive primi sive secundi terminum. Sic hoc loco,  
quia uterque occurrit in m. i. primus absolute distinguit: secundus  
in illà proportionè distinguit, uti se suumq; territorium referat ad  
tertium, ipsumq; adeò m. i. terminum.

§. 2. Illud לְבָרֵם הָאֱלֹהִים Junius reddidit: *Cum declamaret*

eos ipse DEUS. Lud. de Dieu: Oportere ut illustret eos DEUS. Sen-  
 sus juxta Ludovicum: Homines ipsi vanitatem miseramq; suam condi-  
 tionem ignorant, adeoq; oportet, ut illustret eos DEUS, ut sciant se bestiis  
 esse nibilo meliores. Sententia parum Theologica: Homines bestiis  
 esse nibilo meliores: sed &, ut id sciant, opus esse illuminatione caelesti.  
 Quomodo convenit talis illuminatio? Erratum in affixo לברם  
 quod se habet *subjectivè*, non *objectivè*, & in resolutione facit *Nomina-  
 tivũ*, non *Accusativum*. Sed & in לברם non significatio *illustrandi* vel  
*declarandi*: sed: *purum seligendi*. Omnia illa ex accurato positus scru-  
 tinio facilè fluunt. Sic in m. 2. ו in ורררר et si in simplici  
 copulæ virtute non repudiamus, ex oppositione tamen actuum  
 pro disjunctivâ virtute potius concludimus, quam oppositionem  
 insignitèr legitimat accentus Sakephgadol in voce 1. m. 2. Red-  
 dendum adeò ex simplici Consilio fontium: Dixi ego in corde meo:  
*secundum statum* (conditionem, modum, ordinem, rationem) *Filio-  
 rum hominis est ut seligant ipsi DEUM: aut, ut agnoscant* (videant) *quod*  
*illi, illi ipsi, inquam, bestia sint sibi ipsis.* Conf. Ps. 49. 13. 21. Repetatur ne-  
 x̄ à v. 6. ubi hæc incipit sectiuncula. *Vidisse se dicit sub Sole tribunalia*  
*impura, corrupta: & in sacrosancto judicij & justitia loco improbos ipsamq;*  
*improbis regnare.* Concludit inde v. 17. *Superesse purum judicium*  
*divinum in die novissimo, ubi justum & improbum, omniaq; Consilia & opera*  
*illorum judicaturus sit DEUS.* Consilium inde format pro *ratione*  
*status filiorum hominis* v. 18. Quid se. his faciendum in tam *corrupto*  
*tribunali terrestri?* Summarium Consilii est: *Appellent ad illud purum*  
*caeleste, quod immediatè antecedit v. 17. seligant judicium divi-  
 num velut purum & incorruptum, ipsum DEUM judicaturum justum &*  
*improbum: aut, si illud judicium novissimum unâ cum resurrectione*  
*mortuorum abnegant, & DEUM adeò judicem non seligunt, agno-  
 scant quod illi sibi ipsis planè bestia sint,* (quod porro deducit v. 19.  
 20.) Illud לברם ער hic ita sumi prout alibi Psal. 110. 4. se-  
 cundum ordinem, statum, conditionem Melchisedeci facilè con-  
 cedimus. Queritur quid sit ita לברם ער hominum? Resp.  
 לברם האלהים, ו autem disjunctivè ubi positus postulat, sumi,  
 innumeris testibus constat. Conf. Exod. 21. 15. 16. 17. Lev. 11. 4. 7.

XII. ישפה JASPIS.

## XII. יָשׁוּבִים JASPIS.

§. 1. Tmem. 21. De ratione status filiorum hominis esse, ut abdicato die s. iudicio humano committant se cœlesti, & incorrupto iudicio, dixerat Sapientissimus v. 18. m. 1 vel si hoc abstrahatur, animadvertant, se similes esse bestiis, morituros ad instar bestiarum communi interitui obnoxios m. 2. v. 18. 19. 20. Nequaquam tamen par est conditio hominis & bestie, quia Spiritus humanus ascendit sursum, & Spiritus bestie descendit infra, in terram: cœterum quàm pauci sunt, qui id animadvertunt, & propterea iudicio cœlesti sese committunt? Hinc ergo exclamat Koheleth v. 21. distinctâ statim oratione, *Quis agnoscit*, (vel intelligit, utinam quis intelligeret) *Spiritum filiorum hominis?* Ascendit ille, ille ipse, inquam, sursum: & (quis intelligit s. ab illo discernit) *Spiritum bestie?* Descendit ille, ille ipse, inquam, infra in terram. Ita hâc noster Sapientissimus philosophatur. Observetur pro hâc interpretatione 1. in יוֹדַע מִי יוֹדַע Regalis, non Sakephkaton: sed Rvia, unde illud יוֹדַע מִי illâ proportionem distinguendum, ut tamen sensus primus continens sit adusque Sakephkaton, מִי יוֹדַע רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם: nequaquam autem in יוֹדַע מִי subsistendum, & illud רוּחַ בְּנֵי הָאָדָם referendum consequenter ad territ. 2. hoc sensu: *Quis scit?* (an) *Spiritus filiorum hominis sit ascendens sursum?* & *Spiritus bestie descendens infra terram?* Requiritur hâc ratione in יוֹדַע מִי Sakephkaton 1. & הָ interrogans ante רוּחַ, vel ante בְּנֵי הָאָדָם רוּחַ, & illud עוֹלָה cum הָ interrog. prout c. 2. 19. סָכַל אוֹ יִהְיֶה אוֹ סָכַל i. e. *Quis scit an sapiens futurus sit, an stolidus?* Nunc cum sit ibi Rvia & Sakephkaton in הָאָדָם, non aliter reddere licet quàm: *Quis agnoscit Spiritum filiorum hominis?* Sed & dato in יוֹדַע מִי Sakephkaton, dato quoque particulam interrogandi hâc implicari ante רוּחַ, omnino illud הָ ante עוֹלָה & הָאָדָם in territorio 2. non convenirent: sed durissimè & contra praxin totius Scripturæ abundarent. Apparet autem per interpretationem, qualis est nostri Lutheri, non negari hâc in העוֹלָה & הַיּוֹרְדָה veram *Vm articuli*: neque enim voluit Lutherus הָ illud esse ibi שְׁאֵלָה s. particulam interrogandi: sed

sed voluit esse *articulum*: ipsam autem *interrogandi particulam* hęc implicari putavit ante ך׀ eo modo quo aliquando etiam sine explicito signo datur *interrogans oratio*. Ita & Vers. nova in op. Vatabli, quæ illud ך׀ pro היריעה ך׀ s. specificationis habuit, & nihilominus interrogativè expressit: *Quis scit (an) Spiritus filiorum hominum sit is, qui ascendat sursum, & (an) Spiritus animalis sit is, qui descendit subius terram?* quæ interpretatio non ex punctatione ך׀ articuli refutanda: illam enim, prout evidens, hæc apertè concedit.

§. 2. Illâ ergò abstractâ, alia planè ratio est versionis, quæ orationem hęc statuit dubitantis, ex hypothesi ך׀ illius interrogantis, non emphaticè specificantis hoc modo: *Quis agnoscit Spiritum Filiorum hominis an sit ascendens ille sursum? & Spiritum bestia an sit descendens ille infra terram?* Hic imprimis obstaculum ך׀ illud parallelum ante ערה & ante יוררת. Quætitur sc. *An illud stante tali punctatione, in quâ datur omnium Codd. consonantia, notante etiam illam Masora, sit vel esse possit שאלה ך׀ s. ך׀ interrogationis?* NEGATUR. Ratio 1. *Omne ך׀ Kametzatum ante vocem incipientem ab ׀ in totâ praxi Biblicâ semper est articulus specificationis, nunquam particula interrogationis.* Sic העולם העלמה הענין העמקים הענין & uno verbo, *Omnia*. Vel, quod idem est, *Nunquam particula interrogationis ante radicalem ׀ Kametzatur: sed semper Patachatur*, quod apprimè notandum, ne fiat Confusio distinctorum planè sensuum. Aliud tanè est, si dicas העֶבֶר *An est servus?* Jer. 2. 41. aliud, si: העֶבֶר ille ipse Servus, vid. passim Gen. 24. illud dubitat: hoc affirmat: & tamen nonnisi uno illo puncto discernuntur. Sic aliud: *An es Hebraus* i. e. העֶבְרִי: aliud העֶבְרִי ille ipse Hebraus conf. Gen. 14. 13. Sic העֵינִי *oculus ille*: at העֵינִי *an oculi?* Num. 16. 14. Job. 10. 4. Sic העֵת *tempus illud* Dan. 12. 2. העֵת *An tempus?* Chag. 1. 4. Sic העֵד לָכֶם אֵבֶר Gen. 43. 6. 7. c. 44. 19. etsi non opus est de particulâ laborare, cum ante particulam nullus sit nec esse possit articulus. Sic ante ׀ si sit האִישׁ *Vir ille*: si האִישׁ *An Vir?* Nechem. 6. 11. Mich. 6. 10. Sic האֱלֹהִים *articulus: ille DEUS: at האֱלֹהִים*

האלהים *an DEUS?* Jer. 23. 23. האמנם Psal. 58. 2. Num. 22. 37. 1. Reg.  
 8. 27. 2. Chr. 6. 18. Sic האמת *an Veritas?* Gen. 42. 16. at האמר  
*Veritas illa* Gen. 32. 10. האנט i. e. homo ille: האנט i. e. an homo?  
 Job. 4. 17. Sic האררה femita illa: at האררה An femita? Sic האפס articu-  
 lus: האפס 2. Sam. 9. 3. cum part. interrogadi. Sic etiã in verbis ante א  
 servile האוסיה num pergã? Jud. 20. 23. 28. האעלה an ascendã? 2. Sá. 2. 1.  
 c. 5. 18. 1. Chr. 14. 10. הארר an descendam? 1. Sam. 14. 38. האככה  
 i. e. *an flebo?* Sach. 7. 3. האתן an dabo? Mich. 6. 7. הארצה Mal. 1. 13.  
 הארר an ibo? Exod. 2. 7. האוכל an potero? 2. Sam. 12. 23. הארע  
